



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

14. Dies Maii. Ira voluntarius dœmon, optata infania, mentis est defectio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

iaerarium; quomodo igitur tam es abjecti animi, ut perinde ac si pastui, & abdomini esses natus, de stomacho tuo facias manticam, & mortuorum pecudum veluti tumbam? O animam eadriteram, in cuius corpore, veluti in mortuali urna sepeliuntur tota altillium, piscium, & pecudum cadavera! Adam violato jejuno statim denuntiatus est reus mortis; capiturque tunc esse mortalis. Tu iudicies sis magis magique mortalis, dum saginaris mortibus, & avidè nutritris animalibus mortuis, quæ in te humantur. Unde ubi ventris est ingluvies, illic mentis est illuvies. Si multum bibis, non diu eris in vivis. Ut Pharao penit in rubro freto, sic multorum ratio in rubro vino, Quapropter insanit suprà modum, qui bibit ultra modum. Unde qui cupid diu vivere, timet citò mori. Poëtæ monenti gerat morem.

*Parcus vescendo, parcissimus esto bibendo.
Sanior esse potes, si cum moderamine potes.*

14. DIES MAII.

Ira voluntarius dæmon, optata insania mentis est defectio. *S. Chrysost. serm. ad Mans.*

Ira. I.

Nihil erit expeditius quam tuæ irasci iracundiæ, si illius monstris monstruosissima asperges habneamenta. Hic rabidus affectus, cum sit dæmon non à Deo immissus, sed sponte assumptus, ut illi energimenti, sic & hic iracundi exagitat, & immo-

corpus : sic ut in toto corpore nullum adpareat vestigium humani, in homine, corporis. Dum enim insanus à mente desertus cæco impetu animi impotentis abripitur, illieò apparent furiæ in vultu, effrenis lingua, jactatio corporis, verba incomposita, igniti oculi, dentium crepitus, os spumans, tremuli artus, titubantes pedes; denique in homine est bellua, in belluæ figura, est furia. Hinc inde jactantur convitia, dum mutua exprobrant vitia. Nam Echoes in desertis locis ita reciprocant voces, ut iratorum mutuæ referuntur contumeliae. Hic asinum vocat, ille pecudem, ille trifurum pessimum, hic bipedum, & quadrupedum sceleratissimum: hic obiecta ganea, ille scorta: hic perfidiam, ille violentiam: hic ferrum minatur, ille crucem. Ut in sphæristerio hinc inde pilam, sic maledictum admittunt & remittunt. Si quis igitur in iratorum oculis videat flamam, in ore spumam, in toto corpore furiosam stationem, de insania dubitet? Galenum adeò teruit irati hominis aspectus, ut firmo decreverit animo nunquam iram admittere, satis fuit semel vidisse irasci, ut nunquam irasceretur.

II. Nunc autem quale monstrum intus necesse est latere, cuius tam fœdam umbram vibrat vultus? Quale incendium debet flagare in animo, cuius fulmis ora obfuscatur? Qualis tyrannis mentem occupabit, & cum ipsum corpus oppresserit? Angustum huic pesti est corpus humanum: latius sese explicat, membra omnia occupat, ne satis capitur in omnibus, foras impetu transfunditur. Nec unquam ira solitaria incedit, sed ut in tumultu videmus civium, existere aliquando audaces qui alios velut decutient,

scque

Majus
seque duces præbeant ardentes, & furiosos ad invo-
landum, milcendaque omnia. Sic ubi ira caput exau-
lerit, & ignei cordis fumum, & vexillum ostenderit,
concurrere statim videoas cohortem vitiorum ad pla-
catum, florentemque animi statum convellendum.
Hinc perenne odium, inauspicata soboles iracundia
quæ dies atque noctes animum, quasi furiis excrucia-
tum exagitat. Hæc mille fora struit, in quibus cum
litigat, à quo se putat accepisse injuriam, illic & Chy-
mæras videt, & Hippocentauros, & tragœdiarum hi-
gmenta, barbaras ultiones, vitæ funestum exitum
mera somnia, & fictas voces audit, disceptantis inimi-
ci, & respondet & connititur, & ardet, & spoliata
victo legit, & mero in inani triumphat.

III. Quis hominem esse agnoscet, quem vide
iracundum? Ex mente non conjiciat; dejicit illum
de gradu mentis, amens furor? nam in illo plu-
quam civili bello, videoas hominem non tam ferri le-
gibus rationis, nec servare in vita modestiam, sed a-
gi præcipitem, & ruere cum impetu, imminui con-
silio vim, deflorescere prudentiam, plena omnia de-
temeritatis: ita ut ne scias hunc statum impotentia
furoris fædiorem esse, an miseriorem: nisi utrum-
que libeat dicere, & fædam esse miteriam, & miseri-
mam fæditatem: quod homo velut sui carnifex su-
præ omnes Tyrannos in se sœviat. Nec agnoscet ho-
minem ex corpore: nullam facit lineamentum si-
dem. Omnia corruptæ sunt formæ. Ira quippe ac-
cedit oculos, mutat vultum, ligat linguam, tremu-
los omnes artus quatit, pedibus suppludit, manus
premit, pectus tundit, labia mordet spumantia, unde
que rumpitur. Unde scite dixit Socrates, iracundus

Majus
dum ali-
lios lacer-
Vindicta
quod ir-
trum ho-
num tu-
non deb-
remedi-
duplica-
quam si-

Mul-

Experi-
gnan-
sed
10.

Acedia
nervat
Sicut a
vigeat
defes,
cet in m
nis desi-
sumet c
tinere

Majus.
ad invoca-
put extre-
tenderis
m ad pla-
llendum
acundia
excrucia-
is cum e-
c & Ch-
diarum
n exitum
tis iniun-
spoliata
tem vide-
cit illum
illo plu-
ferri le-
n, sed
ui confi-
mnia die-
potentia
i utrum-
misericor-
nifex su-
osces ho-
entum fi-
nippes
, tremu-
, manu-
cundum
du

Tessera. 367
dum aliis desierit, sibi ipsi irasci: nam antequam alios laedit, se maectat. Quid vis iracude, id est insane? Vindicta damnum restaurare? Duo sunt mala in hoc, quod irasceris: damnum tuum, scelus alienum. Utrum horum reparare vis? Neutrum resarcis. Damnum tuum alieno non tollitur: scelus alienum tuo non deletur, provocatur potius. Ineptum igitur est remedium mali, vindicta; nullum tollit, tollenda duplicat. Praelibata hactenus, tesserae fecere fidem, quam sic ut fibula claudio:

Multum deliras, diras dum surgis in iras.

15. DIES MAII.

Experimento probatum est, Acediae impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam. *Cassianus l.*

10.6.25.

Acedia. I. **Q**uod est vesti tinea, hoc est menti Acedia. Sensim, sed sine sensu, exedit spiritum, enervat spiritus robur, consumit roboris vigorem. Sicut animus ad pias functiones, non ut ante a vigeat, sed totus rigeat. Homo in Dei obsequiis desles, nunquam erit ipsius Regni haeres. Si non jacet in molli lecto scientia, multò minus gloria. Omnis desidiosus, sibi ipse est odiosus. Quid enim presumet de sua charitate, qui nihil grave pro se velit sustinere? ubi amor sine auctoramento suo patientia?

Quale